



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

XXI. Der Propst vergleicht sich mit dem Domherrn über vier Hufen Landes im Schadewachten, im Jahr 1211.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

figilli nostri testimonio confirmamus. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^o. CC^o. VIII^o. Indictione XI^a. XVI. Kalendas July in Grotinswachten.

XXI. Der Propst vergleicht sich mit den Domherrn über vier Hufen Landes in Schadewachten, im Jahr 1211.

A. dei gratia sancte magdeburgensis ecclesie decanus et prepositus ecclesie in Stendal omnibus in perpetuum. Cum controversia verteretur inter nos ex parte una et capitulum ecclesie de Stendal ex parte altera super quatuor mansis in scathewachten, de quibus ius percipiendi usum fructum tantum diebus vite nostre ad nos pertinuit, postmodum ad prebendas canonicorum in prefata ecclesia defervientium devolvendis cum omni iure, nos concordiam amplectentes litemque detestantes canonicos sepeditate ecclesie ad domum nostram invitavimus et invitatos benigne recipientes, talem recompensationem pro lesione, si quam pateretur vel passura esset ex facto nostro prefata ecclesia, ipsis obtulimus, videlicet ut a possessione ville, que scelautiz dicitur et attinentium ad illam in continenti cederemus, eadem possessio ad nos diebus vite nostre pertineret et prefatos canonicos in possessionem prefate ville et omnium attinentium induceremus. Quam recompensationem gratanter approbantes Firmam compositionem nobiscum inierunt, ita tamen, quod saluum esset ipsis ius repetendi quatuor prefatos mansos suo tempore, quos concessimus tiderico, dapifero marchionis de brandenburg concessionem duratura tantum diebus vite nostre. Et ne lis iuste sopita suscitetur in posterum, litterarum nostrarum testimonio cum appensione sigilli nostri prescriptam compositionem roboramus. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XI^o, anno pontificatus innocentii III. XIII^o. in presentia testium Annonis, Conradi de saltwedele, canonicorum maioris ecclesie in magdeburg, Conradi sacerdotis de luburch, heremanni sacerdotis de drogewiz, Weneri notarii, baldwini et arnoldi, canonicorum de Stendale.

XXII. Honorius III. bestätigt dem Domstifte seine Besitzungen, am 19. April 1220.

Honorius episcopus, servus servorum dei, Dilectis filiis Preposito et Capitulo ecclesie in Stendale — vestris precibus inclinati, Personas vestras et ecclesiam, in qua divino vacatis obsequio, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum prestante domino iustis modis poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem villas, Terras possessiones Censur et alia bona vestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis et per nos eidem ecclesie auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. Datum apud urbem veterem, XIII. kal. Julii, Pontificatus nostri Anno Quarto.